37. È il testamento del maestro Battista de Balduinis di Lecco nel quale nomina, in caso di sua morte, il maestro Bernardino di Luino, suo cognato, tutore della figlia Caterina.
1524, maggio 19; A.S.M. Notarile 5710, Gera Giovanni Lodovico q. Ambrogio

Imbreviatura mei Johannis Ludovici de Gera filii quondam domini Ambrosii
civitatis Mediolani
porte vercelline parochie sancti Victoris ad theatrum Mediolani
notarii publici
mediolanensis
In nomine Domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo
quingentesimo vigesimo quarto Indictione duodecima die
Jovis decimonono mensis maii.
Cum mors et vita in manu Dei omnipotentis
sint et melius sit sub metu mortis vivere
quam sub spe vivendi ad mortem subitaneam pervenire
ideo ego in Dei nomine magister Baptista de Balduinis de
Leucho filius q. magistri Petri porte vercelline
parochie sancti Victoris ad theatrum Mediolani
Dei gratia sanus mente et corpore et bono intellectu
licet sequestratus sim in domo ob epedemiam in
domo seu sedimine in quo ego testator sto et habito
et in quo plures pensionantes pariter stant et habitant,
nolens ab intestato decedere ad hoc ne inter posteros
meos oriatur aliqua lix seu questio propterea deliberavi

conde
in hu
....
Item l
de Le
danda
....
Item l
sub v
Simpl
imper
....
Item l
....
Clare
plenu
gaudi
mobili
existe
et hec
vixerit
....

condere hoc meum presens testamentum et ultimam voluntatem in hunc modum, et per hec verba videlicet:

....

Item lego et jure institutionis relinquo Francisco de Balduinis de Leucho fratri meo libras quatuor imperialium sibi dandas per infrascriptam heredem meam semel tantum

....

Item lego et indico scolle domine sancte Marie intitulate sub vocabulo sancti Ambrosii conxtructe in ecclesia sancti Simpliciani foris Mediolani... libras quinque imperialium etc.

....

Item lego et iudico et jure legati relinquo...

....

Clare de Lomatio uxori mee legiptime plenum et integrum usumfructum et gaudimentum omnium et singulorum meorum bonorum mobilium et immobilium utensilium domus ubilibet existentium...

et hec omnia toto tempore vite sue et seu quousque dicta uxor mea vixerit et in habitu viduali steterit

....

Item do constituo et deputo infrascriptum *magistrum Bernardinum de Luyno cognatum meum* in tutorem etc. infrascripte Caterine filie mee legiptime et naturali et, finita tutela, in curatricem (sic; leggasi: curatorem) ad predicta omnia et singula predicte filie mee legiptime per agenda et facienda ita tamen quod predictus magister Bernardinus teneatur conficere inventarium...

In omnibus autem aliis meis bonis mobilibus et immobilibus juribus instrumentis creditis et omnibus debitoribus que habeo et die obitus mei relinquam institui et instituo ore meo proprio nominando ac nominavi et nomino predictam Caterinam de Balduinis de Leucho filiam meam legiptimam et heredem universalem dictorum quorumcumque bonorum meorum...

Actum in strata publica juxta eius domum sitam ut supra...

38. È il testamento di Clara de Lomatio, rimasta vedova del maestro Battista de Balduinis di Lecco, dove nomina erede universale la figlia Caterina. Ove questo non fosse possibile indica in secondo luogo la madre Franceschina ed in terzo la sorella Margherita, moglie del maestro Bernardino di Luino. 1524, giugno 8; A.S.M. Notarile 8134, Imbersaghi Battista q. Alessandro



Imbreviatura mei Baptiste de Imbresago filii q. domini Alexandri porte cumane parochie s. Simpliciani notarii publici Mediolani.

In nomine Domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quarto. Indictione duodecima die mercurii octavo mensis Junii

Cum vita et mors in manu Dei omnipotentis sint etc.

idcirco ego in Dei nomine Clara de Lomatio filia q. domini Ambrosii et relicta quondam magistri Baptiste de Balduynis de Leucho porte vercelline parochie sancti Victoris ad theatrum, licet de presenti moram traham in petia una terre prati sita in Corporibus sanctis porte cumane parochie sancti (spazio in bianco) apud sanctum Michaelem (parola indecifrabile) in una gabana tamquam infecta peste, sanna dei gratia mente etc. ac etiam corpore licet sim infecta peste ut supra, timens judicium Dei etc. procuravi facere et feci et facio hoc meum presens testamentum nuncupativum sine scriptis. Quod quidem volo etc. valere etc. et omnibus modo etc.

In primis namque, Christi nomine invocato etc., dico et protestor quod numquam feci etc. aliquod aliud testamentum etc. et si aliud et illud etc. casso etc. quia volo etc.

Item vo

in omn

et jurib

instituc

nomina
Leucho
cum ha

filia me

esset m

et man
perveni

matrem

proprio

filie me

post m

quod h

in *Marg*

Item volo etc. quod omnia male ablata restituantur etc.
in omnibus aliis meis bonis mobilibus et immobilibus, nominibus debitorum
et juribus que habeo et die obitus mei relinquam facio et
instituo mihi heredem universalem meo proprio nomine et
nominavi et nomino Caterinam de Balduynis de
Leucho filiam meam legiptimam et naturalem
cum hac tamen lege et condictione quod, si dicta Caterina
filia mea decederet quandocumque erit ante me testatricem, priusquam
esset matrimonio copulata, eo casu volo iubeo, ordino
et mando quod hereditas et bona mea perveniant et
pervenire debeant in dominam Franciscinam de Lomatio
matrem meam, quam dominam Franciscinam eo casu ore meo
proprio nominando institui et substituo mihi et dicte
filie mee vulgariter pupilariter et per fideicommissum et
post mortem dicte domine Franciscine matris mee volo et ut supra
quod hereditas et bona mea perveniant et pervenire debeant
in *Margaritam de Lomatio sororem meam uxorem*
magistri Bernardini de Luyno quam Margaritam post mortem
suprascripte domine Franciscine matris mee etiam institui
et substituo ore meo proprio nominando mihi
et dicte filie et matri mee heredem
universalem.
....
Actum in dicta petia terre prati...

39. Clara de Cagnolis dà in affitto al maestro Bernardino di Luino, figlio del fu Giovanni, abitante a Milano in porta vercellina, parrocchia di S. Vittore al teatro, un'abitazione a Milano, a porta vercellina in parrocchia di S. Maria Secreta.

1525, luglio 20; A.S.M. Notarile 4956, Corio Gerolamo q. Damiano

Imbreviatura mei Hieronimi de Coiris f.q. domini Damiani porte ticinensis parochie sancti Viti Mediolani notarii publici mediolanensis etc.
M V^{c} XXV Indictione XIII Die Jovis 20 mensis Julii
Domina Clara de Cagnolis filia quondam spectabilis domini Baptiste et uxor relicta quondam domini Johannis Andree de Meregariis porte vercelline parochie sancte Marie secrete Mediolani usufructuaria testamentaria quorumcumque bonorum relictorum per dictum quondam dominum Johannem Andream vigore testamenti rogati per me notarium etc. omnibus modo etc.
investivit nomine locationis et ficti ac pensionis ad benefaciendum etc.
magistrum Bernardinum de Luyno filium q. domini Johannis porte vercelline parochie sancti Victoris ad theatrum Mediolani ibi presentem etc.
nominative de canepa una existente a manu dextra ad introytum infrascripti sediminis et est primus locus intrando pusterlam. Item de alio loco sequente et contiguo dicte canepe versus curiam. Item de cameris duabus in solario contiguis versus plateam quarum altera est cum camino intus. Item de sala una in solario existente supra dictam canepam et dictum locum ipsi canepe contiguum ut supra.
Item de iure utendi curia prima, puteo in solario,

A margine:
Et etiam
tempore
locionis
draporum seu bugatarum
putheo inferiori et baltrischa
et necessario seu necessariis existentibus uno in dicta prima curia seu iuxta ipsam curiam et altero in ipsis locis ut supra locatis.
Et porta et anditu porte. Que omnia sita sunt in sedimine uno sito in porta vercellina parochie sancte Marie secrete Mediolani quod est cum dictis et aliis suis hedeffitiis iuribus et pertinentiis cui coheret ab una parte strata, ab alia domini Francisci de Rotolis, ab alia domini Johannis Petri de Bizozero et ab alia illorum de Marcelinis.
Salvo etc.

Eo tenore quod a festo sancti Michaelis proxime futuro
in antea usque ad annos tres proxime futuros
et deinde etc.
dictus conductor habeat etc.
meliorando etc.
dando pro ficto etc. libras septuaginta quinque
imperialium etc. omni anno etc.
solvendo medietatem ad festum Pascae Resurrectionis
et alteram medietatem in festo sancti Michaelis
finis cuiuslibet anni cum omnibus expensis etc.
Pacto etc. Quod dictus conductor non possit dicta
bona nec partem eorum alii nec aliis
locare etc. sub pena caducitatis etc.
...Que omnia etc. fecit prefata domina in presentia
etc. domini Hieronimi de Cagnolis filii quondam
prefati domini Baptiste porte cumane parochie sancti Johannis ad quatuor
facies Mediolani eius domine fratris et agnati etc.
Ibi presentis etc. et eidem licentiam dantis etc.
ac jurantis etc.
....
Actum in domo habitationis prefate domine sita ut supra

40. Bernardino di Luino, figlio del fu Giovanni, abitante in porta vercellina parrocchia di S. Maria Secreta, presenzia a un Atto di procura delle sorelle Clara e Margherita in qualità di marito di Margherita.
1530, aprile 12; A.S.M. Notarile 7140, Zavattari Alessandro q. Ambrogio

Imbreviatura mei Alexandri de Zavatariis
filii q. domini Ambrosii porte verceline parochie sancte Marie ad portam Mediolani
In nomine Domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo
quingentesimo trigessimo Indictione tertia die martis duodecimo
mensis aprilis.
Domine Margarita et Clara sorores de Lomatio filie quondam domini
Ambrosii necnon et filie quondam et heredes
domine Francischine de Lomatio habitantes videlicet: dicta
domina Margarita porte vercelline parochie sancte Marie secrete Mediolani
et dicta domina Clara porte cumane parochie sancti Marcelini Mediolani
et quam hereditatem etc. non recedendo etc. addunt etc.
Voluntarie etc.
Et alias omnibus modo etc.
Fecerunt constituerunt etc.
magistrum Paulum de Dianis filium q. magistri

Simonis
dictarum porte cumane parochie sancti Marcelini
presentem etc.

suum procuratorem etc.
spetialiter etc. ad petendum etc. ac habuisse confi-
tendum etc.

ab herede quondam domino Fabricio Cribello
(leggasi: domini Fabricii Cribelli) seu a domino
Johanne Andrea Cribello qui successit in eius
locum

omnes illas quantitates denariorum quas prefate
domine confitentes

uti heredes ut supra habere debent et in futurum
debebunt ad ipsis

heredibus causa ficti libellarii quod alias fiebat per
ipsum quondam dominum Fabricium ipsi quondam
domine

Francischine ad computum librarum quinque
imperialium singulo

anno vigore instrumentorum rogatorum per me
notarium publicum,

et ad eisdem de Cribellis faciendum generalem
et spetialem confessionem et liberationem etc.
Item ad reconoscendum etc. de dicto directo etc.
....
Item ad vendendum etc. dictum directum dominium
et fictum libellarium librarum quinque imperialium
singulo

anno quibuslibet emere volentibus etc.
....

Que omnia fecerunt dicte domine in presentia et
cum

licentia magistri Johannis de Lomatio filii q. domini
Bartolomei porte verelline parochie sancte Marie
secrete Mediolani earum dominarum

agnati, et item ipsa domina *Margarita domini*
Bernardini

de Luyno filii quondam domini Johannis dictarum
proxime porte et parochie eius

mariti et ipsa domina Clara dicti magistri Pauli eius
domine mariti ut supra et cuiuslibet eorum
presentia etc.

et jurantium etc.
Actum in domo habitationis ipsius domini
Bernardini sita ut supra

presentibus Angelo Francisco Bucca filio q. domini
Bernardini porte

romane parochie sancte Eufemie Mediolani et
Paulus Cribellus

filius (leggasi: Paulo Cribello filio) domini Benedicti
porte vercelline parochie sancti Petri linctii
pronotariis.

Testes domini Baptista de Leuco filius q. domini
Jacobi porte verceline

parochie sancte Marie secrete Mediolani notus,
dominus

Anselmus de Bussero f.q. domini Erasmi dictarum
proxime porte et parochie et Johannes de Annono
filius domini

Camilli porte cumane parochie sancte Marie secrete
Mediolani omnes idonei etc.